



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 15. Reginæ studium de Wittembergensi Duce in Franciam advocando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. riter Theodorus Beza, qui turbulen-  
 A.C.1563. tis suis sermonibus ad seditionem plu-  
 rimum conferebat, cum haud ultra tu-  
 tum sibi in Galliis asylum fore cen-  
 feret, Genevam aufugit, ubi continua-  
 ta in veram Religionem rabie tumultu-  
 abatur.

## §. XV.

*Reginæ studium de Wittembergensi  
 Duce in Franciam advocando.*

**E**odem tempore Regina Franciæ Ad-  
 ministratrix, cum suam auctorita-  
 tem, quam per Guisium Ducem posse-  
 derat, ex illius obitu imminui pertime-  
 sceret, sæpius Henricum Clutinium Oi-  
 fellum, & Lemovicensem Episcopum  
 ad Condæi Principis uxorem, & ad An-  
 delotum ablegabat, ut cum illis de pa-  
 cis conditionibus ageret: Attamen Re-  
 gina postmodum verita, ne suæ domi-  
 nandi libidini magna Condæi Princi-  
 pis auctoritas obstaret, in rerum admi-  
 nistratione secundum a se locum Chri-  
 stophoro Wirtembergæ Duci, ac Ger-  
 manix Principi vindicare statuit, hanc-  
 que in rem Rascalonem olim Guisio  
 Duci addictissimum ad eundem decre-  
 vit, dato negotio, ut hunc Principem  
 in Gallias, aut saltem ad regni fines ac-  
 cedere rogaret, cum illinc quoque pro-  
 tinus contendere, Regina polliceretur.

Exce-



Exceperat Wirtembergicus Dux Ras-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
calonem die quinta Martii, ubi vero <sup>A.C. 1563.</sup>  
cum eo de rebus in datæ facultatis  
diplomate contentis contulerat, qua-  
tuor dierum spatium ad deliberandum  
petiit, & tandem hæc respondit: „Re-  
„gi, atque Reginae me obstrictum pro-  
„fiteor, ac Francici Regni calamitates  
„deploro, necnon pro ejus incolumitate  
„ipemet assiduas ad Deum preces fun-  
„dam, publicasque fieri curabo: cete-  
„rum oblato, tantoque oneri me impa-  
„rem experior, nec in Gallias, aut Re-  
„gni fines proficisci valeo, prout tamen  
„solicitor: existimo enim, quod Con-  
„dæi Principis fautores nonnisi contra  
„regionum edictorum transgressores ar-  
„ma sumperint, ideo consultius Re-  
„gina ad avertendam Dei iram ageret,  
„si sua opera Dei cultum ab omni er-  
„rore, ac superstitione purum in Fran-  
„ciæ Regno restitueret, suisque subdi-  
„tis offensionum, & anxietatum caus-  
„as submoveret, edita fidei confessio-  
„ne, quæ Augustanæ ad reddendam  
„Germaniæ Ecclesiis pacem stabilitæ  
„haud absimilis esset. „

§. XVI.

*Reginæ consilium de pace ineunda.*

Verum successu magis prospero ea-  
dem Regina pacis negotium agita-  
bat,  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII.*